Petrus Tomicki Episco. Cracovien.
Vice Cancellarius Judici et Juratis
Civitatis Bartwa —



Famati Domini et amici nostri dilecti. Redditæ sunt nobis literæ vestræ quibus causam in qua estis cum Domino Mareschalco Regni Poloniæ impliciti nobis commendatis cuius quidem causæ sicuti vos tenere rationem nos non dubitatis, ita vicissim nos nihil dubitamus posse nobis esse ex nunciis vestris cognitum, quantum nos diligentiæ et operæ proximé acta æstate impenderimus ut non ex controversia et dissidiis animorum, eductos ad concordiam, rursus et Christianam charitatem cum Domino Mareschalco reducere potuissemus. Verum quia tum ut nos cupiebamus, perfici hoc negotium non potuit. Nunc iterum ut vos optatis quantum in nobis erit, dabimus operam diligentem ut cum ipso Domino Mareschalco in gratiam redeatis, utque pro more et instituto, veteri ultro altroque commeare, et vicinitatis commertia in Regno hoc Poloniæ libere exercere possitis vos modo in hac re diligen-

tiam

diligentium et felicitatem vestram ubi oportet
bit accommodetis bene valedis sitisque feli
ces omnes. Datt —